

nouert.

in britania insula quā natio anglorum inhabitat. locus quidā antiquo genis uocabatur quuinbrunno uocabatur. quod latine uini fons dici potest. qui ^{pp̄t} nimia claritate & sapore eximium. quo ceteris terre illius p̄stare uidebat̄ hoc nomen accepit. in quo duo monasterio antiquitas a regibus gentis illius constructa. muris altis & firmis circumdata. & omni sufficientia sumptuum rationabili dispositione p̄curata. unū scilicet clericorum. & alterū feminarum. quarum ab initio foundationis sue. utrumque ea lege discipline ordinatum ē. ut neutrum illorum. dispar sexus ingrederetur. Numquā enī uirorum congregationē femina. aut uirginū contubernia uirorum quisquā intrare p̄mittebat̄. exceptis solum modo presbiteris. qui ad agenda missarū sollemnia tantū ingredi solebant. & consummata sollemnitate oratione. statim ad sua redire. feminarū uero quecumque seculo renunciassent. earū collegio sociari uoluerit. numquā exitura intrabat. nisi rationabilis causa. uel mag